



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Nuntii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

Secundò, Notarius an possit corriger errorum suum in pertinentibus ad partes, vel ad substantiam contractus, respondeatur quod sit in continentia, non ex intervallo; Bart. in l. si facias, ver. quandoque est ff. de rev. jz. Felin. in c. litteris, ver. 2. num. 2. de fide instrum.

## NUNTII.

Primo, Nuntii Apostolici an possint cognoscere de causis personarum, etiam ecclesiasticarum; Episcopis subjectarum? Respondeatur, quod non nisi Episcopo prius requisito, eoque negligente, & quod dixi de Nuntiis, idem de Legatis etiam a latere, & Gubernatoribus ecclesiasticis debet intelligi, scilicet Concil. Trident. sess. 24. ca. 20. §. Legati quoque, de refor. & quomodo possint procedere contra Clericos bannitos, vel cum bannitis conversantes, vide Bullam Sixti V. quae accumulativè de hao materia edita est.

Secundò, Nuntiis, seu Juratis Curia-  
eum creditur, quando referunt se citasse  
de commiss. Judicis de stylo Ror. secus  
de jure. Felin. in cap. i. num. 13. vers. 4.  
conclu. de judic. Caput q. dec. 2. 45. p. 2. &  
decis. 266.

Tertiò, Nuntii Apostolici, & alii  
non possunt a principibus, ad quos  
mittuntur procurare favores, aut ut  
illis ad obtinendas dignitates. Pius IV.  
Bulla 124. quia incipit, Et si Romanum.

## OBLATI.

Primo, oblati, Conversi, & Monas-  
chi, qui dicantur, & discrimen inter-

eos, vide Panor. in cap. non est, num. 2. de Regalar. & oblati perpetuo alicui Ecclesia sunt exempti, sicut & conversi, quia sunt assumpti ad fortē Domini, capit. qui sunt. 1. 2. quæ. 1. In hoc, in cap. receperimus, num. 3. de privilegi. & oblati dicuntur, qui se, & sua bona, nihil sibi retenunt, monasterio obtulerunt, licet habitum regularem, ut conversi, non recipiant, Nav. conf. 94. de regu.

Secundò, isti vocantur etiam Conversi, sed an admittantur ad electionem Praelatorum, vel an voveant continentiam, vide Gemin. in capit. ex eo. §. in Eccl. vers. quid de conversis, de elec. lib. 6 quod non.

## ORD O.

## SUMMARIUM.

1. In ordinibus ecclesiasticis requiritur primo atas.
2. Idoneitas scientiarum persona, & natum.
3. Series si de gradus successorius.
4. Tempus, & ubi.
5. An ordinatus non servatis interstitiis, si non dispensatione sit suspensus vel irregulare.
6. An surdus omnino possit promoveri ad presbyterium.
7. An requiratur ractus in ipsa ordinatio, id est, ut ordinatus in quolibet ordine opus sit, ut tangat vas, libros, & alia instrumenta, qua tangenda porrigitur in quolibet ordine.

Circa Primum, in prima consuta, & aliis tribus minoribus requiritur ætas septem-

